

cium cessionis. Illæ non concedi debent, ni cautionem præstet debitor de solvendo suo die credito l. 4. C. de prec. imper. off. Leeuvv. IV. 45. n. 2. Siftunt cursum usurarum Carpz. u. 30. 46. Ad fidejussores extenduntur Fab. l. 1. t. 9. d. 14. v. tamen Leeuvv. d. l. n. 10.

§. 34. Cessio bonorum debitoribus fortunæ injuria decoquentibus indulgetur, imo in tantum, ut nec jurata renunciatio valeat Salicet. ad l. C. qui bon ced. Debet fieri rescripto impetrato & citatis creditoribus, cum causæ cognitione. Leeuvv. d. l. c. 46. n. 10. Ubique tamen recepta non est v. Jus Lubec. t. 3. t. Si ad pinguiorem fortunam aspirat, debitor residuum solvere tenetur v. c. Odoard. 2. de solut. salvo alicubi competentix beneficio. Huber præl. ad ff. b.

## LIBER IV.

### De OBLIGATIONIBUS EX DELICTO ET QUASI DELICTO.

Tit. I. De damno injuria dato.

Tit. II. De noxali actione & Pauperie.

Tit.

Tit. III. De rapina, furto, & c.

Tit. IV. De Injuria.

Tit. V. De Obligatione ex quasi delictis.

TIT. I.

De damno injuria dato.

§. 1.

**D**octrinam de damno dato non uno capite explicuerunt Romani, nec constans fuit de eadem legislatio. Si membrum ruptum *LL. XII. Tab.* pœna erat talio *l. 61. excedit.* Balduin. In reliquis simplex damni æstimatio fiebat. *l. 14. 15. &c.* Peculiaris cura habita fuit arborum tum *l. 55. tum prætoris edicto l. 7. §. arb. furt. cas. vid.* Huber. *eod. tit. Balduin. in Commentario ad leg. rustic. Justinian.*

§. 2. Præcipue noscitur famosa Lex Aquilia, quæ diversis capitibus de omni damno pecunia æstimabili præcipit. Nam & de noxali judicio isthanc & de servo corrupto egisse ostendit Noodt. *ad L. Aquil. c. 1 v. §. 4. J. de nox. act. l. 5. §. 2. de serv. corrupt.* Unde non subsistit communis doctrina de tribus L. Aquiliæ capitibus. Quod jam suspicatus est Balduin. *ad L. Aquil. p. 122.* Attamen excipitur ab hujus legis notatione damnum per

omissionem datum, & punitur tantum positivum. Quidquid objiciat Matthæi *de crimin. l. 48. t. 5. c. 6. l. f.* cui exacte respondet Voet. *ad ff. b. t. n. 3.* Dein quoque omittitur hic reparatio damni, si liber homo vulneratus, aut occisus. Exinde Voet. *d. l. n. 99.*

§. 4. A Justiniano hæc lex restringitur ad damnum ab homine libero datum. Et quidem actu corporali. Inde animi servilis corruptio & actiones noxales ad separatam tractationem rejiciuntur. Augmentum tamen eidem legi per actionem utilem de libero homine vulnerato vel occiso accessit, confirmatum ab eodem Imperatore. *v. t. t. 7. ad L. Aquil.* Reducitur ibidem ad tria capita, primo ad damni æstimationem per annum retro faciendam agitur. Secundum ignoratur. *vid. tamen Chiffletium dissert. de sec. cap. L. Aquil.* Tertio æstimatio fit, quanti intra triginta dies præteritos res plurimi valuit.

§. 5. Præterea non respicitur, dolo an culpa quis damnum det, cum & levis-  
sima *vid. 49. b. t.* datum restituendum. Modo non jure, vel casu datum. *l. 30. §. si ex plagis b. t.* Et ab eo qui injuriæ capax. *l. 5. §. b.* plures tenentur in solidum, unius præstatio liberat reliquos Noodt *d. l. c. 10. in med.* Contra heredes autem non agitur *l. 23. §. ff. b. §. 2. 7. b.*  
Si da-

Si damnum se dedisse aliquis neget, & convictus erit, lis inficiendo crescit. l. 2. §. 1. b.

§. 6. Praxi moderna retentis regulis de pensatione damni non jure dati, & non attendenda distinctione inter dolum & culpam, reliquæ civiles dispositiones negliguntur. Nam solum præsens tempus in æstimatione respicitur, & nulla inficiatione lis crescit, & contra heredem actio datur. Singuli damnum dantes non tenentur in solidum, nec ab uno solutum ab altero denuo peti potest DN. Thomas. de L. Aquil. §. 60. sequ. ubi & contra furiosos & infantes agi posse hodie ostendit. Cum actio de damno reparando sit fœtus juris gentium non autem Aquilii. Quippe cujus assumenta civilia, quæ proprie actioni ab eodem Aquiliæ nomen conciliabant, plane exoleverunt.

§. 7. Probandum nihilominus à reo damnum datum esse, designandus damni dati auctor, nam alias aerem verberaret actor in judicio. Modum autem ostendere non tenetur, quia regulariter damnum culpa datur, jam vero præsumtio non tantum est pro eo, quod fit ut plurimum, sed quoque liberat à probandi onere. v. DN. Thomas. d. l. §. 8.

§. 8. Unde facilis definitio actionis de damno injuria dato in foro usitata. Scilicet

Nn § est

est actio ex naturalibus regulis de damno sine jure dato resarciendo orta, qua quod nobis de patrimonio justa æstimatione abest, à lædente & ejus hæredibus recuperamus in perpetuum.

§. 9. Extenditur hæc ipsa actio etiam ad casus, ubi libero homini nocitum. Vel plane occisus idem. Priore casu ratio habetur non tantum impendiorum, operarum, intermissarum, sumtum curationis, sed quoque deformitatis, in masculo plane Leeuvv. *L. v. c. 2. n. 18.* & perpesi doloris. Modum hunc æstimandi tradit Oldekop. *tit. 3. observ. criminal. l. 25.*

§. 10. Posteriore casu personis, quas occisus stricto jure alere tenebatur, tenetur occidens ad alimenta. Gomez. *resol. tom. III. c. 3. n. 37.* Berlich. *P. V. concl. 18. n. 21.* Si plures concurrunt, *v. c. uxor, liberi, parentes, omnibus satisfaciendum est.* Voet. *d. l. n. 11.* Adjecit praxis sumtus funeris U. M. §. 9. b. In Saxonia Werigeldi solutio à civili actione occisor liberatur.

§. 11. Concurrit sæpe actio injuriarum cum actione nostra, quoties scilicet constat, simul ignominiam nostram intendisse damnum dantem. An & cum aliis vid. Voet. *d. l. n. 30. 31.* Cessat, si aliquod requisitum desit.

si n. c. quod  
est in culpa

De noxa

Dammum  
vili noxa  
ctio contra  
ntiam, vel  
lat propter  
Equitas ex  
perijit ex  
quia eunde  
fensor est  
leges majus  
ditione lib  
pe, qui sine  
litione gratia  
§. 1. Act  
nota caput se  
ter: manum  
omplis ex nos  
libemus conver  
Cod. infra. pro  
fectu pecunia a  
fiscis in serv  
§. 1. h

fit v. z. quod plane casu damnum datum,  
 ipsi in culpa fuerimus. &c.

TIT. II.

De noxali actione & pauperie.

§. I.

**D**Amnum à seruo datum dicitur jure ci-  
 vili noxa. l. 1. de noxal. acti. Ex ea datur  
 actio contra dominum, ut vel resarciat da-  
 mntum, vel servum noxæ dedat i. e. læso tra-  
 dat propter noxam commissam pr. d. h.

\* Equitas exinde est, quia dominus commodum  
 percipit ex seruo, ergo & incommodum. Dein,  
 quia eundem defendit, nemo autem idoneus de-  
 fensor est sine satisfactione. Noluerunt autem  
 leges majus esse comodo incommodum, inde  
 deditio liberatur possessor. Noluerunt quo-  
 que, qui sine defensione relinquit servum, so-  
 lutione gravari. l. 33. h.

§. 2. Actio læsi in rem scripta est, &  
 noxa caput sequitur. §. 5. 7. t. in tantum, ut  
 licet manumissus fuerit. Tunc tamen non  
 amplius ex noxa, sed directe ex ipso delicto  
 libertus convenitur. l. 4. de condiç. furt. l. 4.  
 Cod. an serv. pro fact. l. 1. §. 18. depos. Imo si con-  
 fecta pecunia ab amicis, ei cui deditus sa-  
 tisfecit ipse servus, libertatem consequitur.  
 §. 3. 7. h.

§. 3. Ut

§. 3. Ut locum habeat, requiritur, ut ne ex publico delicto accusetur, vel actione populari agatur, vel criminalis accusatio intentetur. *l. 2. C. ad exh. l. 3. §. pen. de sepulchr. viol. arg. l. f. de injur.* Ergo in solo damno locus noxæ est, ut dictum §. 1. Ex contractu vel quasi de peculio convenitur dominus, positus terminis habilibus.

§. 4. Sunt & casus, quibus noxæ deductione non defungi potest dominus. Alii sunt, ubi nec damnum reparandum, nec deductio facienda, de quibus Voet. *b. t. ii. 7. 8.* Si plura damna dedit, & ex uno delicto deditus sit, quoad reliqua dominus securus est. *l. si quis à multis l. 4. ff. b. t.*

§. 5. In nostra Germania hujus doctrinæ nunquam usus fuisse videtur. Sive captos hostes, sive homines proprios consideres. Uterque in commercium solitum non venit. Nulla utriusque, ut quidem servorum Romanorum, certa æstimatio, nulla artificia regulariter, nullus decor. Non tot nocendi aliis occasiones, uti apud Romanos. Quamvis non negandum, generalis regulæ adductione hic non posse defungi. *vid. Mev. Part. III. dec. 8. n. 1.*

§. 5. Famuli conductitii hac plane non quadrant. Neque enim hi corpus suum, sed saltim operas domino addicunt. Inde non

Tit. II. De  
non tenetur d  
cujuslibet ex  
fitor eoru  
mum datur  
commisit dor  
arg. l. 7. §. 9.  
§. 9. Si domini  
§. 4. qui paiti  
§. 6.  
ur pauperie  
ernendi fun  
fita nocuit  
tata, hoc fa  
dum natura  
generis noc  
§. 7.  
fuo facto ho  
vinit lefus  
u. Sin terri  
vel magis per  
na lato iit. pr  
§. 8. Be  
naturam gene  
l. 1. §. u. b. vid.  
de pauperie, f  
qual. vel de pa  
utis aho con  
no. com. 1. 16.

non tenetur de eorum delictis aliter, ac de  
cujuslibet extranei v. c. si mandavit, si cre-  
ditor eorum, si ratione commissi officii da-  
mnum datum. Addi tamen solet, si culpam  
commissit dominus in electione servorum  
*arg. l. 27. §. 9. ad L. Aquil.* Lauterb. *ad b. b. t.*  
*§. 9.* Si dominus conniveat ad delicta famuli  
*arg. l. qui patitur 18. ff. mandat.*

§. 6. Damnum à bestia datum voca-  
tur pauperie v. Bachov. *7. 18. th. 1. L. d.* Se-  
cernendi sunt autem tres casus, vel enim be-  
stia nocuit ab homine irritata, vel non irri-  
tata, hoc facto subdistinguendum, an secun-  
dum naturam generis, an contra naturam  
generis nocuerit.

§. 7. Bestia damnum dans irritata,  
seu facto hominis, non obligat dominum.  
Si enim læsus in culpa, damnum sibi impu-  
tet. Sin tertius, L. Aquilia est agendum,  
vel magis perspicue actione de damno inju-  
ria dato *tit. prac.*

§. 8. Bestia damnum dante secundum  
naturam generis, quorsum & refer casum  
*l. 1. §. 11. b. vid. Thomaf. ad Huber. pr. b.* non  
de pauperie, sed vel nulla *v. l. 52. §. 2. ad L. A-*  
*quil.* vel de pastu, vel si fera cicurata læsit,  
utilis actio competit. *l. 4. 1. b. Thomæ de*  
*nox. anim. c. 16. 17.*



§. 9. Si contra naturam generis i, e. per lasciviam, pavorem *pr. f. b.* bestia damnum dedit proprio motu, vel damnum à domino pensandum, vel bestia noxæ danda *l. i. pr. ff. b. t.* Si libero homini nocitum, æstimatione fit ut *in tit. præc. §. 9.* Domino animal suum esse negante, fit condemnatio in solidum Thomæ *c. 10. n. 33. d. l.*

§. 10. Morte animalis extinguitur actio, quia noxa caput afficit. Modo non moriatur post intentatum processum & litis contestationem, vel citationem hodie. Cum postea in mora sit reus, vel quasi contrahatur in iudicio de jure antiquo *vid. l. 3. §. 11. de pecul.*

§. 11. Secefferunt à jure civili Saxones, apud quos potissimum respicitur, an post damni dationem dominus bestiam in suam custodiam receperit, an abegerit. Ut hoc jure magis fit ex quasi delicto actio noxalis. Noxæ deditio plane non recepta hoc jure, sed pensatio damni post receptionem. Neque distinguitur, quale sit animal, ferum an mansuetum. Solvendum homine libero occiso Werigeldum. *vid. Thom. d. l. c. 9.*

§. 12. Imo moribus universæ Germaniæ loco de pastu actionis frequentantur pignorationes animalium, refunditur damnum. Modo quis bestiam in agro apprehendat & adju-

Tit. III.  
ad iudicem de  
pignone  
pignone  
domini  
morib. l. 17.

De

Si damnum  
Nullum  
ciendum  
eundem  
rapina, furti

§. 2.  
ata rei alien  
ita ablatio.  
Nam  
estimar, vi  
Voet. ad  
de, propter §  
Mobilis  
P. i. de vi &

§. 3. Qu  
ta, competit  
per. an de quib  
tuentia posses  
cionis damni,

ad iudicem deducat. Nec plura pecora inutiliter pignori detenta. Ne nutrimenti forludio domino nimis gravis fit futura Klok. de contrib. c. 19. n. 246. Carpz. 11. 27. d. 5.

### TIT. III.

#### De rapina, furto &c.

##### §. 1.

**S**I damnum restituendum, unde ladens nullum lucrum sensit, multo magis resarciendum erit illud, unde aliqua utilitas in eundem redundavit. Species hujus sunt, rapina, furtum &c.

§. 2. Rapina definitur dolosa & violenta rei alienæ mobilis lucri faciendi causa facta ablatio. Dolus hic ante omnia requiritur. Nam si quis b. f. dum rem suam esse existimat, vi rapit, non convenitur actione vid. Voet. ad b. t. pr. n. 1. 2. Res aliena debet esse, propter §. 10. t. 18. l. 1. §. 23. t. III. l. III. *supr.* Mobilis sola dicitur rapi, immobilis invadi P. 1. de vi & vi armata.

§. 3. Quod si res immobilis vi occupata, competit interdictum unde vi, & remedia jur. can. de quibus §. 28. t. XV. l. 1. pro restituenda possessione, cum omni causa, resarcitione damni, si quod datum &c.

§ 4. Si

§. 4. Si raptum non lucri faciendi causa, sed corrumpendi, datur actio ut in *t. i. b.* si ancilla libidinis causa rapta, raptor furti tenetur, vel plagii vid. prolix. Thomas, *de furt. ancill.* Sin ex mera petulantia in gratiam forte tertii, actio in factum locum habebit. Si res non rapta, sed extorta, casus spectat ad *d. r. III. supr. b. §. 20. &c.*

§. 5. Tenetur jure Romano raptor, ad restitutionem quadrupli, cui tamen & simplum inest. Quod sane leve videtur respectu furti, neque hanc objectionem tollit *pr. 7. b.* Est enim raptor semper fur manifestus, & tamen minus solvit. Unde aliter ad hoc dubium respondet DN. Thomas. *in nev. jurispr.*

§. 6. Hodie multa cura supersedemus: simplum in omni vi, quacunque ratione interceptum vel ablatum, tantum restituitur. Sive bona, sive mala fide, sive animo lucrandi, sive ex alia intentione rapina commissa. Sive denique raptum sive extortum vid. Groenevv. *ad C. de pœn. §. ad l. b. t.*

§. 7. Furtum definitur, fraudulenta rei contrectatio, lucri faciendi causa. Divisiones in conceptum, oblatum &c. ne quidem Justiniani tempore amplius usu valebant. In manifestum tamen & non manifestum,

stum tamen & non manifestum, usus, possessionis & rei eodem Imperatore auctore distinguitur.

§. 8. In furto omni civili jure consideranda sunt condictio furtiva, qua res ablata, & actio furtiva, qua pœna petitur. Hæc vel dupli, vel quadrupli est, prout fur, antequam ad destinatum locum pervenit, deprehensus est, vel non deprehensus.

§. 9. Sed praxi imperii noscitur sola condictio furtiva, cessante actione furti. Carpzov. *pr. crim. q. 78. n. 8.* Harprecht. *ad §. 1. J. h. t. Berlich. Part. V. concl. 43.* Neque obstat *artic. 157. 158. P. S. S. D.* quia ibi variæ circumstantiæ, jure civili incognitæ, supponuntur, & plane in alium sensum pœna dupli & quadrupli explicatur. Accedit, quod non usu in desuetudinem abierit isthæc dispositio. vid. Carpz. *d. l.*

\* *Vides inde concidisse distinctionem furti manifesti & non manifesti, minimum in hoc nostro argumento. De furtu usus &c. non est, ut crambem toties recoquamus, plus vice simplici ejus non-receptione ostensa.*

§. 10. Cum autem hæc condictio furtiva ex læsione privati patrimonii oriatur, & rei persecutoria sit, datur, licet fur laqueo suffocatus, licet non habuerit in bonis, unde sumtus inquisitionis solvi possent. *l. 7. §. 1. de condict.*

*condict. furt. P. H. S. D. art. 207. R. I. de anno 1559. §. Und nachdem. prius tamen limitavit praxis Saxonica Carpz. IV. 32. 23. non quidem ex Gloss. ad L. II. art. 35. Edrecht. Posterioris restrictionem habet Richter. dec. 96. n. 175. sequ.*

§. II. Datur civili jure domino, cui res surrepta, *l. 1. §. 14. b.* Uude non datur v. c. depositario *d. l. 14. §. qualis nec ei*, cui res non surrepta, licet postea dominium acquisiverit *l. 11. b.* Ratio est, quod hæc condictio inventa in supplementum rei vindicationis, quæ olim non ad æstimationem dabatur re amissa DN. Thomasi ad Huber, *b. t. n. 2.*

§. 12. Aquisissime tamen argumentantur, qui omni cui interest, rem non esse ablatam, ut: commodatario &c. qui commodanti tenetur interdum condictioem ad sui indemnificationem concedunt *arg. l. 12. §. f. b.* Beyer *b. t. Mornac. ad l. 1. b. t.*

§. 13. Datur contra fures & heredes, non saltim, quatenus ad heredem pervenit, sed in solidum *l. 9. b. t.* Quod Romano quidem jure in odium furum constitutum. Hodie autem nil peculiare continet propter receptum jus canonicum *c. f. X. de sepult. vid. Leeuvv. III. 2.*

§. 14. Datur ad rem ipsam recuperandam, vel ejus æstimationem. Si res extat, licet

licet sumtibus furis cultior & ornatior, tamen sine deductione expensarum restituenda est. Si vero intercidit, non secundum valorem tempore surreptionis, sed quanti plurimi unquam cultu & industria furis fuit, ejus æstimatio præstanda dicitur in l. 8. §. 1. l. 13. h.

§. 15. Eadem ratione agetur etiam hodie, si hereditas expilata, si sepulchrum, spoliatum, si in balneo, navi, incendio, turba &c. furtum factum. Si abigeatus commissus. Quoniam hodie nulla pœna fere actori applicatur, sed naturalissima ratione, quilibet, quod ipsi abest, consequitur. DN. Thomas. saepe cit. dissert. de us. act. pœn. per

\* Igitur alia delicta non addemus, ubi que eadem lesionis reparanda ratio est.

#### TIT. IV.

#### De injuria.

DE injuriæ pœnis & speciebus infra. Hic annotabimus, quod ex injuriarum crimine, quamvis nil ablatum injuriato, actio æstimatoria detur, ad exigendam certæ pecuniæ summam, in solatium animi ægritudinis, ex illata injuria conceptæ. §. 10. f. b.

§. 2. Libello annus & mensis factæ injuriæ inferendi sunt, cum annalis sit hæc actio. Certa pecuniæ quantitas ibidem definienda. Non quasi injuriæ pretium, quod vilis esset animi, sed sicut in §. *preced.* Moderatur tamen eandem iudex pro ratione, circumstantiarum, quas actor pariter in libello exponit. Interdum jurejurando fit æstimator. *l. 4. §. 2. de in lit. jur.*

§. 3. Petitur autem pecunia non ab eo tantum, qui immediate injuria est affectus, sed quoque, quem intra fines à jure præscriptos aliorum contumelia tangit v. c. pater, si filius convitio proscissus, maritus, si uxor &c. Collegium, licet omnia membra, ex quibus tempore propalata injuriæ componebatur, vita decesserint.

§. 4. Injurians, quamvis frater sit, ad pecuniariam hanc pœnam convenietur. Heres autem, nisi lis jam contra defunctum mota, minime, quod nec praxi mutatum videtur, vel canonum jure. Cum nullus rei perfectionis favor, sicut in precedentibus hic versetur *v. l. 22. C. de pen.* Finitur præterea, remissione injuriæ, & annali præscriptione.

TIT. V.

*De obligatione ex quasi delictis.*

§. 1.

**R**Eferuntur huc in institutis iudex male iudicans, dejectio & effusio &c. Iudex, qui male iudicavit dolo, tenetur ad veram litis æstimationem l. 15. §. 1. de iud. sin culpa, quantum æquum videbitur religioni iudicantis pr. J. b. Sin per sordes factum iure novo vid. Antken. sed novo iure C. de penis iud. tenetur ad triplum accepti, duplum promissif, sed hoc fisco cedit.

\* *Judicem dolo malo litem suam facientem vere delinquere, in confesso est. Mitius tamen culpa male iudicantem leges habuerunt, quam medicum. Hic enim, si servum imperite secuit, tenetur ad pœnam Leg. Aquil. in capite ejus tercio expressam. Iudex autem saltem ut in pr. J. b. Forie, quia jurisprudentiam majoris æstimarunt Romani, quam medicinam.*

§. 2. Hodie, si iudex male iudicat, rarius litem suam facit. Nam si ex imprudentia erronee pronunciavit, supersunt alia remedia leutationis, appellationis &c. Accedit, quod diversitas opinionum juridicarum, & confusio juris tanta fit, ut iudex vix



sententiam dicere possit, quæ non inveniat defensorem vid. Leeuvv. *conf. for. p. II. L. 1. c. 8. n. f.* Grœnevæg. *ad pr. 1. de oblig. ex q. del. Matthæi de auction. 1. 15. 2.* Sin dolose jus dicit ratione privati interesse, eadem obtinebunt remedia, licet hic pœnam superioris excludere nollem.

§. 3. Interim & ratione aliorum aetuum v. c. dationis fidejussoris, confirmationis pignorum, arresti &c. judex itidem, damnum culpa & dolo dare potest, ad cujus resarcitionem jura eundem omnino obligant. Cum quod his casibus prætextu adducto uti nequeat, tum quod læso sapius non alia viâ suam consequendi, quam; ut judicem actione pulset, competere videatur.

§. 4. Publicæ securitatis cura exegit, ne quid impune dejiciatur, effundatur, ponatur, & suspendatur ibi, ubi vulgo iter fit. Cum vero dejicientes & effundentes post facinus plerumque se occultare soleant, non directo contra ipsos de damno injuria dato agi potest, ob deficientem probationem. Hinc prudentia legislatoria magis universale remedium introduxit, quo innocentibus succurratur vid. Voet. *ad ff. h. n. 1.*

§. 5. Datur itaque actio de ejectis vel effusis contra inquilinum, sive proprias, sive conductas, sive commodatas &c. ades inhabita

Tit. V. 1.  
libet. Q  
nemque  
mitatis in  
ctus de ject  
se inhabita  
dicitur quoque  
ades, & cum  
§. 6.  
damni dati  
reparatione  
homini no  
§. De c  
1743. de c  
menta occ  
appropri  
§. 7.  
pro div  
deject  
tam solidu  
no societatis  
Quod idem  
dejectum l.  
tam exercen  
§. 8.  
in sum, ubi  
vultu crifici  
quænt sibi i  
passus. An ff

habitetur. Quamvis circa dejectionem effusionemque culpam non admiserit. Ratio æquitatis insuper in eo est, quod longe facilius deicientem indagare possit, qui ædes ipse inhabitat, quam præteriens. Præscinditur quoque occasio recipiendi malignos in ædes, & cum iis nefaria collusio.

§. 6. Petebatur jure civili duplum damni dati. Hodie vero tantum ad damni reparationem agimus *Grænev. d. t.* Si libero homini nocitum sit, fit æstimatio, ut *l. 1. §. 9. b.* De cicatricibus speciatim agit *Bartolus tract. de cicatr.* Liberi autem & uxor, dum alimenta occiso parente petunt, hereditatem eapropter adire non videntur.

§. 7. Quod si plures sint inhabitatores, pro diviso, agitur contra eum, ex cujus parte dejectum est, sin pro indiviso, quilibet in solidum tenetur. solvens tamen à socio societatis judicio partem repetit *l. 1. §. f. b.* Quod idem dicendum si quid è mediano dejectum *l. 5. §. interdum d. t. de cœnaculariam exercente vid. eand. l. 5. §. si quis grat.*

§. 8. Oportet autem, ut sit dejectum in locum, ubi libertas eundi est, si quis enim inutili curiositate allectus arcana loca frequentat, sibi imputare debet, si quid damni passus. An studiosus teneatur cum tamen

peregrinans & hospes videatur, explicat Wissemb. ad ff. b.

§. 9. Ultimum quasi delictum est, surreptio famulorum, nautæ, cauponæ stabularii, si hi res hospitem auferunt. Duplum hic jure civili restituendum. Quod tamen ad morès vix quadrat vid. Schilt. ad tit. naut. caup. ut rec. in fin.

§. 10. Tandem & metum plane ad agendum sufficere voluit jus Roman. Hinc & de depositis & suspensis actio datur cui libet e populo, contra ponentem ad pœnam decem aureorum. Modo probabilis metus subsit l. 5. §. 6. ff. b. t. & locus talis ubi iter publicum fit a. l. Qua actione & postquam damnus perpessus toties quis utiliter agit, quoties damnus decem aureos non exæquat. Datur hæc actio pariter contra inquilinum. Qui tamen uti in preced. §. 3. regressum habet \*contra ponentes &c. v. l. 5. §. cum autem ff. tit.

*Dubitandum non est, quin longe plura & infinita fere facta illicita culposa dentur, quorum occasione alter ledi & actio ad damnus reparandum nasci possit. Sed cum ad hunc sensum composita sint omnia, quod nemo ledendus, quod damnus restituendum &c. supervacaneum est eorum vel numerum inire velle.*